



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ss. Martyrvm Crvciatibvs Antonii Gallonii Rom. Congregationis Oratorii Presbyteri Liber

Gallonio, Antonio

Romae, 1594

De instrumentis, quibus martyres cædebantur. Cap. Quartvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10704

De instrumentis, quibus martyres cadebantur.

CAP. QVARTVM.

V Inculorum generibus equuleoq. explicatis, iam tempus est, vt ad varias flagellorum species declarandas nos ipsos conferamus. Sapissime enim solebant Gentiles (sicuti nonnullæ ex rebus gestis sanctorum iam antea notatæ indicant, nominatim Crescentiani, Reginae virginis, & Bassi Episcopi) Christianos equuleis alligatos, miserandum in modum, virgis, fustibus, alijsq. flagellis cadere; postea vngulis, vel consimilibus excarnificare; demum facibus, lampadibus, & cudentibus laminis torrere. Quocirca primo loco de flagellis peragemus; deinde de vncis, vngulis, & pectinibus; postremo de facibus, lampadibus, & laminis igneis.

Quod vero attinet ad flagella; seiri conuenit, extitisse ea apud veteres multiplicis generis, nempe, lora, flagra, fustes, virgas, scorpiones, neruos, atque plumbatas.

De loris.

Meminit de loris Plaut. Epidic. act. 5. scen. 1. his verbis: Ita non omnes poterunt ex cruciatu eximere Epidicum. Periphonem emere lora vidi.] Item Terentius in Adelph. actu 2. Nam si molestus, inquit, pergis esse, iam intro arripere, atque vsque ad necem operiere loris] & quæ sequuntur. Cicero Philip. 8. Cum eum iussu Antonij in conuiuio serui publici loris ceciderunt.] ad hæc de iisdem Acta martyrum quamplurima, videlicet sanctorum Asterij & sociorum recitata a Surio tom. 4. Tyrsi a veteribus nostræ bibliothecæ manuscriptis, & a Metaph. Lipoman. 5. & Surij 6. Marini a Petro catalog. lib. 2. cap. 6. Eudoxij a Metaphr. apud Surium tom. 5. Eulampij, atque Euphemie virginis ab eodem scriptore apud eundem Surium tom. similiter 5. & aliorum vtriusque sexus Christi martyrum.

Erant lora apud veteres, corrigiæ ex corio factæ, quibus (vt

N ex ci-

Lora quid apud veteres.

Martyres cur
loris caesi.

Varijs modis
martyres excruc
ciabantur loris.

Acta S. Ananie
Menologij descri
bit Kal. Octobris.
Isidori Surius
tom. 1. ex Me
taphraſte.

Agapiti Petrus
lib. 7. cap. 74.

Iuſti Menologium
pridie Id. Iulij.

Ba chi Petrus
lib. 9. cap. 29.

Benedicte nos in
hiſt. Virg. Rom.

Probi Petrus
lib. 9. c. 51. ſub

S. Tarai inſcri
ptione.

Mauritij & ſo
ciorum Surius
tom. 4. ex Meta
phraſte.

Niceta Petrus
lib. 8. c. 70.

Callinici ex Me
taph. Surius 4.

Aſterij Surius 4.

Benigni Surius 6.

Hieronis & ſo
cior. ex Metaph.

Surius 6.

Mena Surius 6.

Tertullini Su
rius 4. ſub S. Se
phani nomine.

ex citatis Plauti potiffimum ac Teretij locis colligitur) ferui verberari solebant. Quamobrem mirabile videri non debet, si in sanctorum passionibus reperitur frequenter, loris Christi fideles caesos fuisse: ipsi etenim a Gentilibus tamquam plebei, infimaque conditionis homines habebantur.

Hisceloris non solum (vt iam diximus) martyres vinciebantur, & caedebantur, sed etiam discerpebantur: cuius rei testes sunt Acta B. Tyrſi martyris nuper a nobis citata, his verbis: Statim ergo cum illi, id est, Praesidi, iamdiu intumesceret animus; adolescentes aliquot manu valentes, vehementer insultantes, iussit pugnis caedere martyrem. Deinde, cum eum loris e summis manibus & pedibus fortiter alligassent, vtrinque violenter trahebant; adeo vt ei soluerentur compages articulorum, membratimque & particulatim discerperetur.]

De nervis, quibus pariter caedebantur martyres.

Nervus (vt cap. praecedenti ostensum fuit) varia denotat: nonnumquam enim quoddam vinculi genus significat, quo noxijs alligabantur, de quo ibidem diximus; quandoque vero flagelli genus, quo olim Christiani, veri Dei amore incensi, a Gentibus verberabantur; & de hoc nunc agimus. quod quidem animalium erat, & praecipue bouum.

Hoc itaque verberati fuerunt gloriosissimi Christi athletae, Ananias, Isidorus, Agapitus, Iustus, Bacchus, Benedicta virgo, Probus, Mauritius cum socijs, Niceta, Callinicus, Asterius, Benignus, Hieron, Menna, Tertullinus, alijque permulti, quorum nomina sunt in libro vitae.

De fustibus, ac flagris.

Fustibus ac flagris saepissime Christi fideles caedebantur. Erant flagra (quorum meminit Iuuenalis satyr. 5. S. Cyprianus epist. 2. ad Donatum, & de laude martyrij, Suetonius in Othone, & Eusebius lib. 8. cap. 7. atque alij) fustibus tenuiora, ac subtiliora, virgisque crassiora: huiusmodi siquidem verba in 8. Codicis

eis Theod. tit. 5. de cursu publico, angarijs, & perangarijs, l. 2. habentur: Placet omnino, vt nullus in agitando fuste vtatur, sed aut virga, aut certe flagro, cuius in cuspide infixus sit breuis aculeus.] hæc ibi: quibus fatis docemur, flagra apud maiores fuisse vt diximus.

His, præter Christianos, verberari iubebantur viliores personæ (vt Plautus in Amphitrione actu 1. scen. 1. innuit) & virgines illæ Vestales etiã, quarum negligentia ignis Vestæ falsæ Romanorum deæ impie consecratus restingueretur. lege Valerium Max. lib. 1. cap. 1. & Liuium lib. 8. At reuertentes modo ad sanctos Domini nostri Iesu Christi martyres, dicimus multos ex eorum numero flagris cæsos fuisse, atque fustibus; his Felix, Alexander Episcopus, Secundianus, Marcellianus, Priuatus Episcopus, Romanus, Eusebius, Vincentius, Peregrinus, Maxima, Seraphia, Bassus Episcopus, Crescentianus, Cyriacus, Sebastianus, Papias, Maurus, Valentinus, Maximus, Olympiades, Erasmus, Processus, Martinianus, alter item Felix, Philippus, Iulius Senator, Protasius, Metranus, & alij.

Flagris vero sancti martyres Neophytus, Iulianus, Eunus, Petrus, Marinus, Gorgonius, Dorotheus, Mamans, Galation, Tryphon, Sabbatius, atque quamplures alij, quorum ignorantur nomina, de quibus Martyrologium Rom. 10. Kalen. Martij sic scriptum reliquit:

Tyri in Phœnicia commemoratio beatorum martyrum, quorum numerum solius Dei scientia colligit: qui sub Diocletiano Imperatore a Veturio militum magistro multis tormentorum generibus sibi inuicem succedentibus occisi sunt: primo quidem flagris toto corpore dilaniati, inde diuersis bestiarum generibus traditi, sed ab illis diuina virtute nil læsi; post addita feritate ignis ac ferri, martyrium consummarunt.] hæcenus Martyrologium Romanum.

Sciri hoc loco debet, Christianos fustibus, flagrisq. tamdiu

N 2 inter-

*Flagris qui cæde-
bantur.*

*Felicit. Acta. Sur-
rius 4. ex Adone.
SS. Secundiani,
& socior. Surius
eod. lib.*

*Romani Surius
nem eodem cum
Actis S. Laurentij,
Eusebij & socior.
Petrus lib. 7. c.*

*111.
Maxime idem
lib. 1. c. 14.*

*Seraphie Surius
5. & vetera ma-
nuscripta.*

*Alexandri Pe-
trus lib. 8. c. 182.*

*Bassi vide supra.
Crescentiani, &
Cyriaci Surius 1.*

*Sebastiani vere-
ra manuscripta,
& Surius 1.*

*SS. Papie &
Mauri nos in
hist. Virg. Rom.*

*Valentini Sur. 1.
Maximi, & O-
lympiades Su-
rius 4. c. Actis*

*S. Laurentij.
Erasmi Mon-
bruius 1.*

*SS. Processi &
Martiniani Mō-
brui. 2.*

SS. Felicitis &

Philippi Momb. 1. sub sanctæ Felicitatis nomine, Iulij Petrus 7. c. 79. Protasij Momb. 1. Metrani Euseb. lib. 6. cap. 30. Neophyti Menologium 13. Kal. Febr. SS. Iuliani & Euni Euseb. lib. 6. cap. 30. & Niceph. lib. 5. cap. 50. Petri Euseb. lib. 8. c. 6. Marini Menologium 6. Id. Augusti. Gorgonij & Dorothee Surius 6. & vetera manuscripta. Mamantis Surius 4. ex Metaphr. Galationis idem lib. 6. ex Metaphr. Tryphonis Surius 1. ex Metaphr. Sabbatij Menolog. 13. Kal. Octob. vide Eusebium lib. 8. c. 70.

interdum casos fuisse, donec expirarent. hoc modo e vita migrarunt fortissimi Christi milites Sebastianus, Iulius Senator, Maxima virgo, Eusebius, Vincētius, Peregrinus, Sabbatius, alijq. promiscui sexus multi.

De fustibus, decimatione, alijsq. militum pœnis.

Pœne militum.

Quoniam crebro in sanctorum martyrum rebus gestis legitur, Christianos, & præcipue milites fuisse ignominia causa ad foediendum damnatos, fustibus virgisq. percussos, cingulo militari exutos, & decimatos, quæ omnia & singula pœnæ erant militum Romanorum delinquentium: idcirco placuit nobis hoc loco adnotare, quænam, & quot in eos fuerint animaduersiones: Multæ enim extiterunt, atque earum quidem aliæ leuioræ, aliæ acerbioræ: siquidem non, vt in Vrbe lex Porcia ciues Romanos a magistratuum virgis & securibus, sic etiam in castris vindicauit: aliam enim disciplinam militarem esse voluerunt, aliam urbanam, itemq. alium ad parendum terrorem exercitui, alium populo esse propositum: namque ab Imperatoris imperio nulla erat prouocatio.

*Pœne militum
hic commemorantur.*

Leuis in eos animaduersio fuit, qua dedecore maculaq. dumtaxat afficiebantur, vt per ignominiam dimitti, stipendio legitimo spoliari, hastam dare, tendendi locum mutare, extra oppidum hiemare, cibum stantes desumere, fossam fodere, discinctum destitui, hordeo pasci, venam ad sanguinem dimittendum incidere.

*Pœne grauioræ
detrimentum inferentes.*

Grauior, quæ detrimentum inferebat, veluti virgis cædi, venire, fuste securiq. percûti, decimari, in crucem agi; quarum omnium exempla clara certe atque illustria referemus ex Sigonio lib. de antiquo iure ciuium Romanorum 1. cap. 15. Et primum de ignominiosa dimissione factum extat apud Hirtium his verbis descriptum: Cæsar de suggestu conuocatis omnium legionum Tribunis, Centurionibusq. C. Auiene, inquit, quod in Italia milites Populi Romani contra Remp. instigasti, rapinasq. per municipia fecisti, ignominia causa ab exercitu meo te remoueo.]

De

De fraudatione stipendij satis notum esse opinamur. Siquidem ære diruti vocabantur (Nonio auctore) milites illi, quibus propter ignominiam stipendium, id est merces menstrualis, aut annua, quæ esset in nummis æreis, subtrahebatur. Quamobrem Varro relatus ab eodem de vita populi Romani: Stipendium appellabatur, ait, quod æs militi semestre, aut annum dabatur. cui datum non sit propter ignominiam, ære dirutus esset.] & Liuius lib. 40. Causa ignominia, inquit, vti semestre stipendium in eum annum esset ei legioni decretum.]

Ceterum Festus, ære dirutum militem, tradit ab antiquis dictum, cui stipendium ignominia causa non erat datum: quod quidem æs in fiscum, non in militis sacculum diruebatur. Item alio loco, resignatum, inquit æs dicitur militi, cum ob delictum aliquod iussu Tribuni militum, ne stipendium ei detur, in tabulas refertur.]

militis ære dirutus

De reliquis vero animaduersionibus, vt de hasta danda, Festus in hunc modum: Censio hastaria dicebatur, cum militi multa nomine ob delictum militare indicebatur quod hastas daret.

censio hastaria

De mutando tentorij loco, scribit Polybius, quos dedecore afficere voluerint, eos extra castra tendere iussos. Vnde apud Liuium lib. 25. Cannenses milites queruntur ita: Nunc deteriore conditione sumus, quam apud patres nostros fuerunt captiui: quippe illis arma tantum, atque ordo militandi, locusq. in quo tenderent in castris, est mutatus; quæ tamen semel nauata Reip. opera, & vno felici proelio recuperarunt.]

De hibernis Liuius lib. 26. Additum vtrorūque ignominia, ne in oppidis hibernarent, neve hiberna propius vllam urbem decem millibus passuum ædificarent.]

De cibo lib. 24. idem auctor: Nomina, ait, eorum, qui detrectata pugnae memores secessionem paulo ante fecerunt, referri ad me iubebo, citatosq. singulos iureiurando adigam, nisi quibus morbus causa erit, non aliter quam stantes cibum, potumque, quoad stipendia facient, capturos esse.]

De fodiendo testis est Plutarchus in Lucullo, antiquum scilicet militaris ignominia genus fuisse, vt tunicis interioribus solutis, fossam fodere, inspectante reliquo exercitu, cogentur.

De re-

De reliquis Liuius lib. 27. Cohortibus, quæ signa amiserunt, hordeum dari iussit; Centurionesq. manipulorum, quorum signa amissa fuerant, districtis gladijs discinctos destituit.] Hordeum item pro tritico dedecoris gratia datum narrat Polybius.

De mittendo sanguine Gellius lib. 10. cap. 8. his verbis: Fuit hæc quoque antiquitus militaris animaduersio, iubere ignominia causa militi venam solui, & sanguinem dimitti] & quæ sequuntur.

De grauioribus autem ceteris hæc erunt documento. Liuius de Scipione disciplinam militarem ad Numantiam corrigente: Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus; si extraneus, fustibus cecidit.] & alibi: P. Nasica & D. Bruto Cons. delectum habentibus, in conspectu tyronum res saluberrimi exempli facta est. Nam C. Matienus accusatus est apud Tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruisset, damnatusq. sub furca diu virgis cæsus est, & sestertio nummo venijt.] & Cicero 3. in Antonium: Si Consul ille; fustuarium meruerunt legiones, quæ Consulem reliquerunt.]

Porro Polybio auctore, hoc pacto fuste cædebantur. Accepto fuste Tribunus vix tantum attingebat damnatum. quod vbi factum erat, omnes, qui in castris reperiebantur, cædentes fustibus, lapidibusque, plerosque in ipsis castris conficiebant: at si qui euasissent, ne sic quidem seruari poterant, quippe quibus neque in patriam redire liceret, neque a propinquis domo recipi possent.

Ceterum decimationis antiquissimum exemplū legitur apud Liuium ab Ap. Claudio Consule ferocissimi ingenij viro editum, cuius etiam libet verba apponere: Ap. Claudius Consul, aduocata concione, inuestus haud falso in proditorem exercitum militaris disciplinae, desertorem signorū, vbi signa, vbi arma essent? singulos rogitans, inermes milites, signo amisso signiferos, ad hoc Centuriones, duplicariosq. qui reliquerāt ordines, virgis cæsos securi percussit: cetera multitudo sorte decimus quisque ad supplicium lecti.] rationem autem huius exequendi imperij cum Polyb. lib. 6. tum Liuius exponit, vbi de Scipione pœnas de seditioso exercitu apud Sucronem repetente scribit, & quidem
ita:

ita: Præconis audita vox citantis nomina damnatorum in confilio: nudi in medium protrahebantur, & simul omnis apparatus supplicij expromebatur. deligati ad palum, virgisque cæsi, & securi percussi.]

De cruce idem Liuius lib. 30. De perfugis grauius, quam de fugitiuis consultum. Nominis Latini qui erant, securi percussi, Romani in crucem sublatis sunt.] Atque hæc quidem sunt militarium animaduersionum genera, quæ vsque ad extrema etiam penetrasse Reip. tempora, satis idoneus testis est Suetonius, cum inquit de Augusto: Cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas, hordeo paut; Centuriones statione deserta, itidem vt manipulares, capitali animaduersione puniuit; pro cetero delictorum genere varijs ignominijs affecit, vt stare per totum diem iuberet ante prætorium, interdum tunicatos, discinctosque, nonnumquam cum decempedis, vel etiam cæspitem portantes.] Atque hæc quidem exempla de militum pœnis satis sint. de iisdem scribit quoque Cælius Rodiginus lectionum antiquar. lib. 10. cap. 5. Verum quod iam spectat ad milites Christianos a Gentilibus martyrio coronatos, notari potest (veluti ex eorum rebus gestis apparet) fuisse eos interdum ad fodiendam terram damnatos, vel decimatos; interdum vero, immo frequenter fustibus, virgisque cæsos, vel discinctos, hoc est, cingulo militari spoliatos.

De militibus Christianis ad fodiendam terram condemnatis testimonium dant res gestæ S. Marcelli Papæ, in quibus hæc in ipsorum exordio describuntur: Tempore illo, quo Maximianus ex partibus Africæ redijt in urbem Romam: volens placere Diocletiano, vt in eius nomine Thermas ædificaret: cœpit ob inuidiam Christianorum omnes milites, siue Romanos, siue alterius gentis, ad afflictionem laboris compellere, & per varia loca alios ad lapides, alios ad arenam fodiendam damnare.] hæc Acta. Idem etiam videre poterit lector in Actis sanctæ Seueræ virginis Romanæ.

Decimationis vero fidem faciunt res gestæ beatissimorum Christi martyrum Mauritij & sociorum a Surio tom. 5. relatæ, in quibus eiusmodi verba narrantur: Decimum quemque morti funestæ fors præbeat.] at quid aliud erat decimare, nisi decimum quem-

Decimare. |

quemque militum interficere? Lege, si libet, Tacitum lib. 3. ita scribentem: Decimum quemque ignominiosæ cohortis sorte ductos fuste necat.] & lib. 14. sic: Ex fuso exercitu cum decimus quisque fuste feritur, etiam strenui sortiuntur.] hucusque ille.

At alterius, hoc est, fustuarij, passiones fere singulæ sanctorum militum Christianorum, quibus pro Christi nomine breui hæc atque exigua vita priuari, dulce, iucundumq. fuit.

Vnum te obseruare oportet, nimirum non tantum milites Christianos fustibus cæsos fuisse, sed & ceteros Fideles similiter: legibus namque Romanorum (sicuti in Notis ad Romanum Martyrologium habetur) ex prudentum responsis cautum erat, vt qui se Deo plenos simularent, fustibus percuterentur. sic Paul. lib. 5. sent. tit. 21. de vaticin.

Postremo denique, testimonio sunt Acta Eustratij a Petro relata lib. 1. cap. 61. Artemij a Metaphr. apud Surium tom. 6. Hesyhij a Petro similiter lib. 10. cap. 76. Marcelli cuiusdam Centurionis a veteribus nostræ bibliothecæ manuscriptis, & a Surio tom. 5. Eudoxij, Zenonis, Macarij, sociorumq. mille centum & quatuor a Metaphr. Lipom. 6. ac Surij 5. sub sancti Romuli martyris titulo, itemq. SS. septem militum Orentij, Herois, Pharnacij, Firmini, Firmi, Cyriaci, & Longini a Rom. Martyrolog. & Menolog. VIII. Kal. Iulij, & aliorum: quorum Actibus, præcipue S. Marcelli, instruimur, fuisse cingulū militare omnino idem, quod balteum. hæc enim ibi narrantur: In ciuitate Tingitana procurante Fortunato Præside, aduenit natalis dies Imperatoris. Ibi cum omnes in conuiujs epularentur, atque sacrificarent; Marcellus quidam ex Centurionibus legionis Traianæ, profana reputans illa conuiuia, reiecto cingulo militari coram signis legionis, quæ tunc aderant, clara voce testatus est, dicens: Iesu Christo Regi æternò milito. Abiecit quoque vitem, & arma, & addidit: Ex hoc militare Imperatoribus vestris desisto.] & paulo post: Stupefacti autem milites ista audientes, tenuerunt eum, & nunciauerunt Aftasiano Fortunato Præsidi legionis, qui iussit eum conijci in carcerem. Finitis autem epulis, residens in consistorio, præcepit introduci Marcellum Centurionem. introductoq. Aftasianus Fortunatus Præses ei dixit: Quid tibi visum est,

est, vt contra disciplinam militarem te discingeres, & balteum ac vitem proijceres?] & paucis interpositis versibus: Miles hic, reiecto cingulo militari, Christianum se esse testatus, coram omni populo in deos & in Cæsarem multa blasphema locutus est. ideo eum ad te direximus, vt quod de eodem claritas tua sanxerit, iubeas obseruari.] hæc custodes de beato Marcello ad Agricolaum Iudicem, ad quem tunc, vt condemnaretur, missus fuerat. Cum igitur horum Actuum exordio legatur, proiecisse Marcellum cingulum militare; & deinde inferius, dum Præsidi accusaretur, proiecisse eum balteum, & post iterum cum Agricola de ipsomet a militibus sermo fieret, cingulum: sequitur profecto ex his idem omnino fuisse. Porro balteus, teste Varrone de lingua Latina lib. 4. cingulum erat ex corio bullis ornatum, quod ab humero dextro ad sinistrū oblique ducebatur; sic namque de eo scriptum reliquit Quintilianus lib. 11. Sinus ille, qui ab humero dextro ad sinistrum oblique ducitur, velut balteus, nec strangulet, nec fluat.] hæc ille.

Balteus, quid.

Hic vnum obseruet lector, nimirum tantam fuisse militum Christianorum constantiam, tantumq. pariter pro Christi fide patiendi ardorē, vt sæpissime de ipsis inueniatur, sponte in Gentilium Imperatorum, aliorumq. Præsidium contemptum, cingulum militare abiectum. Quamobrem de S. Hefychio hæc verba leguntur: Qui cum esset miles, & audisset præceptum Maximiani, vt si quis non sacrificaret idolis, cingulum militare deponeret; repente ac sponte cingulū soluit.] & de SS. Eudoxio & socijs: Eudoxius, zona statim ablata, eam proijcit in faciem Præsidis: hoc autem visum est alijs adhortatio, & zelus: & totus qui circumstābat numerus, qui erant mille centum & quatuor, bono exemplo proutinus vtentes Eudoxij, ij quoque proiecerunt zonas in faciem illius.] idem etiam habetur in rebus gestis sancti Marcelli, quarum verba nuper recitauimus. Atque de poenis militum Christianorum hæc hæcenus.

De virgis, atque scorpionibus.

Frequenter de virgis, quibus rei cædebantur, mentionem facit

O

Plautus

Plautus diuersis in locis, nimirum *Asinar.* actu 2. scen. 2. & actu 3. scen. 2. *Capt.* actu 3. scen. 4. *Casin.* actu 5. scen. vlt. *Epidic.* actu 1. scen. 1. & actu 2. scen. vlt. *Bacchi.* actu 4. scen. 6. *Mena.* actu 1. scen. 5. *Milit. glorios.* actu 2. scen. 6. & actu 3. ac 7. & alibi sæpe. Item *Plinius lib. 16. cap. 18.* *Valerius Maximus lib. 4. cap. 1.* *Cicero pro Rab. necnon etiam lib. de diuinat. & de finib. bonor. & malor. S. Isidorus etymolog. 6. cap. vlt.* *Prudentius in S. Romani martyris hymno, Sigonius lib. 3. de iudicijs cap. 3.* *Baronius in Notis ad Rom. Martyrologium, atque alij multi.*

Virgæ multiplicis generis.

Erant virgæ apud veteres multiplicis generis: quædam ex *vlino*, & harum meminit *Plautus Asinar.* actu 2. scen. 2. dum ait: *Ipfos, qui sibi subnectebant rure virgas vlmeas, teneo, &c.] & paulo post: Mihi tibiq. interminatus est, nos futuros vlmeos.] & actu 3. scen. 2. Vbi sæpe ad languorem tua duritia dederis octo rabidos lictores vlmeis affectos lentis virgis.] & Epidic. actu 2. scen. vlt. Quod pol ego metuo, si senex rescouerit, ne vlmeos parasitos faciat.] hæc Plautus: quibus monemur, solitos fuisse veteres virgis his vlmeis fernos vel maxime corripere.*

Virgæ ex betula.

Erant insuper aliæ ex *betula*, de quibus sic *Plinius* loco superius citato litteris consignatum reliquit: *Gallica hæc arbor (hoc est, betula) mirabili candore, atque tenuitate, terribilis magistratum virgis, eadem circulis flexilis, item corbium sportis.] hæcenus ille.*

Virgæ ex quercu, fraxino, & salice.

Præterea quædam aliæ erant ex *quercu*, aliæ ex *fraxino*, aliæq. demum ex *salice*. *Virgarum* primi generis testes sunt *Acta S. Acatij Centurionis* descripta a *Metaphr.* apud *Surium 3. & Lipomanum 7.* Alterius, res gestæ cuiusdam martyris, *Alexandri* nomine ab eodem auctore apud eosdē *tom. 3. & 7.* Tertij vero generis *Prudentius* in *S. Romani martyris hymno* his versibus:

*Cum puer torqueretur iussu Præsidis,
Impacta quoties corpus attigerat salix,
Tenui rubebant sanguine vda vimina.]*

Possumus hoc idem confirmare ex his, quæ memoriæ tradidit *Plautus Epid. act. 1. scen. 1.* dum ait: *Lictores duo, duo viminei*

minei fasces virgarum, &c.] Vimina quippe fiunt ex populorum virgis, vlni, & sanguineorum fruticum, & betulæ, & vitis, & coryli intortæ, & salicis, quæ principatum obtinet.

De virgis ex vite confectis.

Virgis ex vite confectis cædebantur milites rei: vnde nos non latere oportet (vt optime obseruauit Sigonius de antiquo iure prouinc. lib. 2. cap. 2.) Centurionum insigne vitim fuisse, eâq. minus promptos ad parendum milites castigari consueuisse. declarat hoc Plinius lib. 14. cap. 1. Centurionum in manu vitis opimo præmio tardos ordines ad lentas perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat.] Tacitus lib. 1. Centurio Lucillus in seditione interficitur, cui militaribus facetijs vocabulum, Cedò alteram, indiderant; quia fracta vite in tergo militis, alteram clara voce, ac rursus aliam poscebat.] hæc Tacitus. Hinc Iuuenalis etiam de Mario satyra 8. dixit:

*Nodosam post hæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret castra dolabra.]*

Et Sil. lib. 12.

*Miscebat primus acies, Latiaq. superbum
Vitis adornabat dextera decus.]*

Et de virgis ex vite factis hæc iam satis.

De virgis ferreis, & plumbeis.

Quamuis virgæ, quibus rei cædebantur, fierent vt plurimû ex tenuibus arborum bacillis; nonnumquam tamen ex ferro etiam, plumbove fiebant. Innuunt hoc aliqua sanctorum martyrum Acta, nempe Pauli, & Iulianæ a Metaphr. descripta Lipom. 7. & Surij 3. Cucuphatis a Surio tom. 4. Christophori, atque Calinici a Rom. Martyrologio, illius octauo Kal. Augusti, huius quarto Kal. eiusdem. Item Acatij martyris a Metaphr. apud Lipom. 7. & Surium 3.

De virgis spinosis, hoc est, de scorpionibus.

Non solum lenibus virgis solebant antiqui suos delinquentes, ac Christianos homines corripere, sed etiam nodosis, atque aculeatis, quæ quidem proprio nomine scorpiones ab iisdem vocabantur. indicat hoc Isidorus etymolog. lib. 6. cap. vlt. inquit: Virgæ sunt extremitates frondium, arborumque: si lenis, virga est; si autem nodosa, vel aculeata, scorpio rectissimo nomine vocatur, quia arcuato vulnere in corpus infligitur.] hætenus ille. Vnde fit, vt si occurrerit quandoque in sanctorum martyrum passionibus inuenire, Christi fideles spinosis virgis, nodosisq. atque aculeatis cæsos fuisse, idem intelligi debeat, ac si ibidem scriptum esset, eos scorpionibus fuisse verberatos.

De virgis lenibus, vel spinosis.

Virgæ igitur (vt ex supradictis patet) erant vel lenes, vel spinosæ. Si primi generis; vel ex tenuibus arborum bacillis, aut ex metallo. Si ex arborum bacillis; vel ex vlmò, vel betula, vel quercu, aut fraxino, vel demum ex salice. Si vero ex metallo; aut ex ferro, & quandoque ignito, aut ex plumbo. His etiã possumus addere ea quæ de virgis leguntur in rebus gestis sanctorum Hermilli atque Stratonici descriptis a Surio tom. 1. sunt autem huiusmodi:

De virgis figura triangulari.

Pontiani Acta Petrus refert lib.

1. c. 102.

SS Zenonis, Alexid. atque Theodori Lipo. 7. &

Sur. 2.

Paulæ virginis Menolog. 3. Iunij.

Licarionis idem

Menolog. 7. eiusd.

Reginæ virg. Petrus lib. 8. c. 47.

Tryphonis Sur. 1.

SS. Claudij &

Asterij Surius 4.

Hieronis Sur. 6.

Aristi Surius 6.

ex Metaphr.

His ira percitus Licinius iubet Stratonicum porrectum supinum virgis figura triangulari in ventre verberari. & erat quidem hoc graue tormentum, & corporibus humanis minime tolerandum: anguli enim virgarum, non secus ac quidam enses, carnes vehementer tangebant.] hæc Acta.

Sciendum insuper est, non solum prædictos martyres, Acatium, Alexandrum, Paulum, Cucuphatem, Christophorum, Callicum, Hermillum, atque Stratonicum lenibus virgis cæsos fuisse, sed quamplures alios etiam, videlicet, Pontianum, Zenonem, Alexandrum quemdam alium, Theodorum, Paulam virginem, Licarionem, Reginam, Tryphonem, Claudium, Asterium, Hieronem, Aristum, & alios vtriusque sexus innumeros. Virgis vero nodosis, atque aculeatis, hoc est, scorpionibus (quorum fit mentio 3. Reg. 12. & 1. Paralip. 10.) gloriosos Chri-

sti mi-

sti milites, Basilidem, Cyrinum, Naborem, Nazarium, Terentianum, Bassum Episcopum, Claudium, Nicostratum, Symphorianum, Castorium, Simplicium, infinitosq. alios.

Obferuare præterea debemus; licet virgis cædere, ignominiosum * extiterit apud maiores animaduersionis genus, ceteris tamen alijs (hoc minime obstante) leuius fuisse: cuius rei testis est l. vn. ff. de emendat. seruor. & l. 2. de public. cursu. C. Theod. Fuisse autem ignominiosum huiusmodi virgarum supplicium, constat ex l. Porcia, ac Symphronia, & ex antiquorum auctoritatibus. lege Ciceronem pro Rabir. atque actiones eius in Verrem, item Iosephum de bello Iudaico lib. 2. cap. 14. vbi quasi pro monstro habetur, Cæstium Florum Iudæos Romana ciuitate donatos, virgis cecidisse, patibuloq. affixisse. Vide etiã Actuum Apostolorum caput 16. & epist. Paul. ad Philip. & Valerium Maximum lib. 4. cap. 1. de animi moderatione, Aulum Gellium lib. 10. cap. 3. & Sigonium de antiquo iure ciuium Rom. l. c. 6.

Postremo notari velim, Catholicos ab hæreticis nostri temporis virgis nonnumquã cædi solere. Innuit hoc Sanderus lib. 3. de schismate Anglicano, dum inquit: Neque hic silentio prætereundum est, aliquot etiam plebeios, quod ecclesias & profana Protestantium officia adire noluerant, cum non haberent vnde multam pecuniariam soluerent, sententia Iudicis, diu ac miserabiliter per Vuinctonensem tractos, ac nudos crudeliter virgis fuisse cæsos.] hæc ibi. modum autem, quo id conficiatur, docet Theatrum crudelitatum hæreticorum nostri tēporis, his verbis: Catholici carris alligati vicatim flagellantur.]

De plumbatis, quibus martyres cadebantur.

Erant plumbatæ (vt sanctorum martyrum res gestæ indicant, & Prudentius, atque quædam picturæ, quæ hic Romæ inuisuntur) quoddam flagelli genus ex funiculis aut loris factum, quorum summitatibus glandes plumbeæ alligabantur, quo postea terga ac collum damnati hominis verberabantur. meminerunt de hoc flagelli genere passiones sanctorum quamplurimæ, & Prudentius hymno B. Romani martyris, sic scribens:

Tundatur

SS. Basilidis, Cyrini, Naboris, atque Nazarij Petrus lib. 5. c. 109. Terentiani Petrus 7. cap. 136. SS. Claudij, & socior. Surius 6. ex Adone. est diuersus hic Claudius ab alio de quo supra fecimus mentionem. *Virgis cædi ignominiosum erat.

22. f. 11. h. 22.
 23. f. 11. h. 23.
 24. f. 11. h. 24.
 25. f. 11. h. 25.
 26. f. 11. h. 26.
 27. f. 11. h. 27.
 28. f. 11. h. 28.
 29. f. 11. h. 29.
 30. f. 11. h. 30.
 31. f. 11. h. 31.
 32. f. 11. h. 32.
 33. f. 11. h. 33.
 34. f. 11. h. 34.
 35. f. 11. h. 35.
 36. f. 11. h. 36.
 37. f. 11. h. 37.
 38. f. 11. h. 38.
 39. f. 11. h. 39.
 40. f. 11. h. 40.
 41. f. 11. h. 41.
 42. f. 11. h. 42.
 43. f. 11. h. 43.
 44. f. 11. h. 44.
 45. f. 11. h. 45.
 46. f. 11. h. 46.
 47. f. 11. h. 47.
 48. f. 11. h. 48.
 49. f. 11. h. 49.
 50. f. 11. h. 50.
 51. f. 11. h. 51.
 52. f. 11. h. 52.
 53. f. 11. h. 53.
 54. f. 11. h. 54.
 55. f. 11. h. 55.
 56. f. 11. h. 56.
 57. f. 11. h. 57.
 58. f. 11. h. 58.
 59. f. 11. h. 59.
 60. f. 11. h. 60.
 61. f. 11. h. 61.
 62. f. 11. h. 62.
 63. f. 11. h. 63.
 64. f. 11. h. 64.
 65. f. 11. h. 65.
 66. f. 11. h. 66.
 67. f. 11. h. 67.
 68. f. 11. h. 68.
 69. f. 11. h. 69.
 70. f. 11. h. 70.
 71. f. 11. h. 71.
 72. f. 11. h. 72.
 73. f. 11. h. 73.
 74. f. 11. h. 74.
 75. f. 11. h. 75.
 76. f. 11. h. 76.
 77. f. 11. h. 77.
 78. f. 11. h. 78.
 79. f. 11. h. 79.
 80. f. 11. h. 80.
 81. f. 11. h. 81.
 82. f. 11. h. 82.
 83. f. 11. h. 83.
 84. f. 11. h. 84.
 85. f. 11. h. 85.
 86. f. 11. h. 86.
 87. f. 11. h. 87.
 88. f. 11. h. 88.
 89. f. 11. h. 89.
 90. f. 11. h. 90.
 91. f. 11. h. 91.
 92. f. 11. h. 92.
 93. f. 11. h. 93.
 94. f. 11. h. 94.
 95. f. 11. h. 95.
 96. f. 11. h. 96.
 97. f. 11. h. 97.
 98. f. 11. h. 98.
 99. f. 11. h. 99.
 100. f. 11. h. 100.

* *Plumbatarum* verbera non erant ad inferendam necem. *Acta Maximi Surii* 6. sub *S. Cecil. nomine.* *Acta Papiæ & Maurinos in histor. SS. Virg. Romæ ubi et Acta S. Seueræ & fratrum eius.* *Geruasii Petrus lib. 5. c. 126.* *Ianuarij Mombricit. tom. 1.* *Concordiæ Surii tom. 4. sub S. Laurentij nomine.* *Priuatij Petrus lib. 9. cap. 79.* *SS. Seueri & socior. Surii 6.* *Laurentij Surii tom. 4.* *Artemij nos cum Aelia S. Pauline eius filia virg. ac mart. Rom.* *Procopij Surii 4. ex Metaph. SS. Abdon & Senen Surii item 4. sub S. Laurentij inscriptione.* *Gordiani Sur. 3.* *Erasmij vetera manuscripta.* *Theodori Mart. Rom. 4. Non. Iul.*

Tundatur tergum crebris ictibus,
Plumboq; ceruix verberata extuberet:
Persona quoque competenter plectitur,
Magniq; refert, vitis sit, an nobilis.]
 Mos vero fuit apud veteres, ut viliores personæ tantum plumbatarum verberibus afficerentur. Innuunt hoc leges: l. siquidem 2. de quaest. C. Theod. huiusmodi verba habentur: Plumbatarum vero ictus, quos in ingenuis corporibus non probamus, sed decem punitos tantum ordinis Curialis ab immanitate huiusmodi verberum segregamus.] & l. 8. de Decur. Cod. Theod. Omnis ordo Curialis ab ictibus plumbatarum habeantur immunes.] his etiam olim debitorum affici consueuerunt: vide l. 4. & 7. de exaction. Cod. Theod. Viguit vero huiusmodi supplicij genus temporibus etiam Honorij Imperatoris, qui impium hæresiarum Iouinianum contusum primum plumbo vna cum suis gregalibus damnauit exilio. testatur hoc Cod. Theod. l. 54. de hæret. Consule Notas in Rom. Martyrolog. ad mensem Martij.

Ceterum quamuis huiusmodi plumbatarum * verbera non essent ad inferendam reis hominibus necem; ciuiliū siquidem legum præscripto, reum vsque ad mortem cadere, vetitum erat; complures tamen inter plumbatarum ictus extremum vitæ spiritum edidisse reperiuntur. Indicant hoc Ammianus Marcellinus lib. 28. & Ambrosius epist. 17. lib. 2. edit. Rom. cum ait: Quid respondebo postea, si compertum fuerit, data hinc auctoritate, aliquos Christianorum aut gladio, aut fustibus, aut plumbatis necatos?] hæc ille. Atqui Christiani, qui sic vitam pro Christo profuderunt, fuerunt hi, Maximus, Papias, Maurus, Seuera virgo Romana, eiusq; fratres Marcus, atque Calendius; item Geruasius, Ianuarius, Concordia, Priuatus, Seuerus, Seuerianus, Carpophorus, Victorinus, alijq. innumeri, quorum nomina breuitatis gratia prætermittimus recensere. Porro de quibusdam alijs Christi fidelibus legimus etiam plumbatarum ictibus affectis, qui tamen non idcirco ex hac vita migrarunt, fuerunt hi (vt aliquos horum enumeremus) Laurentius, Artemius, Procopius, Abdon, Senen, Gordianus, Erasmus & Theodorus Episcopi.

De alijs plumbi vsibus in carnificina sanctorum martyrum.

Plumbo quoque utebantur veteres ad reos excrucia'dos duobus alijs modis: Quandoque eo liquente ipsos toto corpore nudatos perfundebant; & de hoc cruciatu genere cap. 9. tractabimus. Quandoque vero eo utebantur non ad caedendum, vel torrendum, sed ad singulas damnatorum hominum compages distrahendas, cum videlicet reis, brachijs reuolutis sublime appensis, plumbea pondera deorsum ad eorum pedes vinciebantur. Meminit de his ponderibus plumbeis Ammian. lib. 29. dum ait: Expediuntur pondera plumbea. Si tibi libet plura alia de his ponderibus plumbeis scire, lege res gestas sanctorum martyrum Iusti a Petro relatas lib. 10. cap. 9. & Mamantis a Metaphraste apud Surium tom. 1.

Quomodo ab antiquis rei caderentur.

Consuevere veteres, reos caedendos primum denudare, & postea supra dorsum eorum, aut ventrem, vel demum super aliquam aliam eorundem corporis partem virgis, aut alijs flagellorum generibus verberare; quod quidem exequiebantur lictores multis modis: nonnumquam enim reos erectis stipitibus, aut columnis alligabant, & tum inde caedebant interdum vel humi, vel saltem super acutis obeliscis terra defixis vnus pedis magnitudine extendebant: quandoque vero eos sublime recto corpore appendebant; vel ad humeros saltem alicuius, more puerorum, & eorum natibus verbera infligebant: aut demum quatuor palis terrae fixis vi extensos alligabant, ac postea, igne ad acerbiores cruciatum supposito, eos immisericorditer verberabant.

Munus licitorum.

At certe solitos olim fuisse magistratus Populi Romani licitoribus iubere, vt reos, de quibus sumendum erat supplicium, denudarent atque spoliarent, ostendunt aperte Acta fere singula sanctorum martyrum, nominatim Ananiae relata a Surio tom. 5. Eulampiae ab eodem tom. similiter 3. Secundiani a Mombratio

Martyres vestibus denudati calebantur.

tom. 2.

tom. 2. Trophimi a Metaphr. Surij 5. Clementis Ancyрани ab eodem Surij 1. Artemij a prædicto Surio tom. 5. Tryphonis a Surio etiam tom. 5. Domnuinæ ab eodem scriptore tom. 4. sub sanctorum Claudij & sociorum inscriptione; Barbaræ virginis a codicibus manu exaratis, & a Petro catalogi 1. cap. 25. Hilarij, & Tatiani ab eodem Petro catalog. 3. cap. 203. Apollinaris Episcopi a Surio lib. 4. Aquilinæ virginis ab eodem tom. 3. & demum Quirici & Iulittæ a Metaphr. apud Surium tom. 3.

Amplius ad hoc confirmandum, & magis magisq. stabilien- dum, ex veterū monumentis adijci possunt multa, quibus osten- sum pariter erit, Iudices olim, ac magistratus populi Romani, vt de reo supplicium sumeretur, & nudari & spoliari reum, & virgas insuper & secures expediri, licitoribus iussisse. Quocirca Liuius lib. 2. de Volerone hæc ait: Consules spoliari hominem, & virgas expediri iubent. Prouoco, inquit, ad populum, Vole- ro: quoniam Tribuni ciuem Romanum in conspectu suo virgis cædi malunt, quam ipsi in lecto suo a vobis trucidari. Quo fero- cius clamitabat, eo infestius circumscindere & spoliare licitor.] Valerius Maximus lib. 2. cap. 2. Magister equitum (scribit) & victor, scissa veste, spoliatoq. corpore, licitorum verberibus lace- ratus.] Præterea Liuius lib. 9. de Papyrio Curse verba faciens: Licto- rem, ait, expedire securim iussit. Ad quam vocem exani- mi stante Prænestino: Agedum licitor, excide radicem hanc, in- quit, incommodam ambulantis.] & Valer. Max. lib. 2. cap. 2. eamdem referens historiam, Virgas, inquit, expediri, eumq. nu- dari iussit.] Auctor lib. de viris illustribus cap. 31. de eodem L. Papyrio Curse: Idem Prænestino cum Prætorem grauissime increpuisset, Expedi, inquit, licitor secures. Et cum eum metu mortis attonitum vidisset, incommodam ambulantis radicem excidi iussit.] Ammianus insuper Marcellinus lib. 30. de Præne- stino Prætore scriptum reliquit: Qui bello quondam Samnitico properare iussus ad præsidium, venerat segnius ad diluendum crimen exhibitum. Papyrius Cursor ea tempestate Dictator, se- curim per licitorem expediri; homineque, abiecta se purgandi licentia, stupefacto, visum prope fruticem iussit abscindi.] ad hæc Liuius lib. 8. Tunc Papyrius, ait, redintegrata ira, spoliari

Magi-

Magistrum equitum, ac virgas & secures expediri iussit.] & Cicero actione in Verrem 7. Sic repente hominem pròripi, atque in foro medio nudari, ac deligari, & virgas expediri iubet.] Ex his igitur iam dilucide apparet, cæsos fuisse reos a lictoribus vestibus prorsus denudatos.

Iam vero fuisse SS. martyres verberibus laceratos supra dorsum, vel supra ventrem, vel super vtrumque, aut aliquam aliam corporis partem, dilucide ostendunt Acta sanctorum martyrum Clementis Ancyrani, & Ananiæ, quorum supra fecimus mentionem; præterea Claudij & sociorum descripta a Surio tom. 3. Acatij ab eodem tom. pariter 3. Probi a Petro catalogi lib. 9. cap. 51. sub B. Tharaci martyris inscriptione, Gregorij insuper, & Marini ab eodem auctore, huius lib. 2. cap. 6. & S. Gregorij lib. 1. cap. 88.

*Martyres super
diuersas corporis
partes cædeban-
tur.*

Quod autem Christiani a Gentilibus olim palis aut columnis vincti, humi, vel super acutis obeliscis terræ fixis extensi, vel saltē ad quatuor stipites vi (vt dicitur) alligati, a lictoribus cæderentur, ex multis locis cognosci potest; nempe ex quamplurimis sanctorum martyrum Actis, vt Pauli, & Iulianæ a Surio relatis tom. 4. Torpetis a Petro lib. 5. cap. 8. & a Momb. lib. 2. Eulampij & Eulampix fratrum, Clementis Ancyrani, ac Domnuinæ, atque Apollinaris, quorum paulo superius meminimus; item Tertulli, alias Tertullini presbyteri, a Surio tom. 4. sub S. Stephani Papæ nomine, Marinæ a Metaphr. Surij 4. Leontij & Theodoli a prædicto Surio tom. 3. Tryphonis a Surio etiã tom. 1. Nicetæ a Petro lib. 8. cap. 70. Athenogenis & Platonis a Metaphr. Surij 4. Alexandri a Surio tom. 3. Andronici a Petro lib. 9. cap. 51. Acatij a prænotato Surio tom. prædicto; Theogenis a Petro lib. 2. cap. 41. Anastasiæ maioris a nobis in nostra Sanctorum virginum Romanarum historia, Theonillæ a Surio tom. 3. Mercurij a veteribus nostræ bibliothecæ manuscriptis, & a Metaphr. Surij 6. & demum Barbari militis ac martyris a Petro lib. 4. cap. 170. Legantur quæ cap. 1. de stipitibus, columnis, atque arboribus, scriptis mandauimus.

*Martyres colum-
nis & palis vincti,
vel humi aut
super acutis obe-
liscis extensi, vel
ad quatuor sti-
pites alligati cæ-
debantur.*

At fuisse sanctos martyres (quod probandum restabat) pueorum more cæsos, cognosci potest ex Prudentij hymno in sanctum

P Romanum

Romanum ; vbi Asclepiades de Barula puero , quem inuitus Christo martyrem consecraturus erat , sic imperat :

pusionem precipit

Sublime tollant, & manu pulsent nates,

Mox & remota veste, virgis verberent,

Tenerumq. duris ictibus tergum secent,

Plus vnde lactis quam cruoris defluat.] hæc Asclepiades.

De Cathomo.

Quibus profecto monemur, idē prorsus esse dicere, Martyr cathomo cædatur, & Puerorum more (sicuti a ludi magistris infantes verberari solent) vapulet. Namque vbi Prudentius ex Tyranni persona cecinit:

Sublime tollant, & manu pulsent nates]

Petrus lib. 10. cap. 75. eiusdem sancti res gestas referens, ita literis conscriptum reliquit : Præfectus puerum teneri fecit, & cathomo cædi.]

Amplius ad hanc item vocem declarandam valde conducunt quæ in Notis* ad Romanum Martyrologium in medium adducuntur, quæ studiosus ac diligens lector videre poterit.

* 15. Iunij editionis Plantiniane.

Cathomo non tantum infantes cædebantur.

Verum non solū pueri, vt Vitus, & Barula, quod pueri essent, puerorum more cæsi leguntur, sed & alij etiam vtriusque sexus prouectioris ætatis: quod quidem maioris ignominie irrogandæ causa factum censetur. Sic Thomas sanctissimus Episcopus apud Victorem de bello Vuandalico lib. 1. verberatus inuenitur, & Afra in eius passione apud Marcum Velferum doctissimū virum, qui eam ex antiquis exemplaribus recognouit, emendauit, auxit, notisq. accuratissimis illustrauit.

Si dicas huic sententie obstare, quia martyres nequaquam cathomæ, aut cathomi cæsi narrantur, quod conueniens fuisset, si nomen a corporis positu desumeretur; sed cathomo, aut cathomis: signum ergo euidens esse, verberandi instrumentū hac voce exprimi, eadem prorsus ratione, qua gladius, pugni, lora, virgæ instrumentum cædendi denotant, cum aliquem gladio, pugnis, loris, virgis cæsum dicimus:

Quibus omnibus, pace dicam viri magni & docti, qui aliter de cathomo sensit, respondere possumus; eo sensu accipiendum esse cathomo cædi, quo antiqui scriptores desumpsere; hi autē

quomodo

quomodo defumpferint, declaratur optime in Notis ad Rom. Martyrologium, & nos iam abunde supra, vt nō opus sit amplius repetere, tam ex Prudentis hymno de S. Romano, quam ex Actis eiusdem a Petro recitatis ostendimus.

Deinde in martyrum rebus gestis s̄pissime legimus modos, quibus excruciabantur, in sexto casu, vt capite plectatur, appendatur pede, brachio, pollicibus manuum, &c.] quocirca idē fuit dicere, Martyr cathomo cædatur, ac, Ad humeros alicuius appendatur, & eius natibus verbera infligantur. Posset fortassis etiam dici, Cædatur cathomo, id est, situ cathomo. Et de his satis.

De ministris, ad quos priscis temporibus reos cedere pertinebat.

Ministri, qui reos magistratum iussu cedere solebant, lictores vocabantur: erant hi Consulibus, Proconsulis, & similibus ministri: Consulibus, & Proconsulis, duodeni erant, aliorum seni; vno dumtaxat excepto Urbano Præto, cuius bini erant. Præbant singuli magistratus, portantes virgarum fasciculos cum securibus ligatos, vt quoties iussi essent, eos soluentes, virgis primum damnatum cæderent, ac deinde securi ferirent. Spectabat ergo ad hos (vt patet ex his, quæ supra diximus) vincire, cedere, ac securi reos percutere. possumus etiam hoc idem confirmare alijs testimonijs antiquorum, Ciceronis primum, actione, ni fallor, 7. in Verrem, vbi ait: Sex lictores circumstant valentissimi, & ad pulsandos verberandosq. homines exercitatissimi.] Item Liuij lib. 8. dicentis: Lictor deliga ad palum.] Idem omnino probat triste illud carmen, quo lictori de perduelle supplicium more maiorum sumere præcipiebatur. Id erat huiusmodi. I, lictor, colliga manus: caput obnubito: infelici arbori suspendito.] Quamobrem Liuius lib. 1. Duumviri, ait, cum condemnassent; tum alter ex his, P. Horati tibi perduellionem indico, inquit. Lictor colliga manus.] & mox: Hunc cecine, aiebat, quem modo decoratum, ouantemq. victoria incedentem vidistis, Quirites, eum sub furca vinctum inter verbera & cruciatus videre potestis? quod vix Albanorum oculi tam deforme spectaculum ferre possent. I, lictor, colliga manus, quæ paulo ante armatæ Im-

De lictoribus.

Lictores cur portarent fascis cum securibus.

perium Populo Romano pepererunt. I, caput obnūbe liberatoris
 vrbis huius: arbori infelici suspēde: verbera vel intra pomœrium,
 modo inter illa pila, & spolia hostium; vel extra pomœrium,
 modo inter sepulcra Curiatorum.] hoc idem Cicero oratione
 pro Rabirio perduel. reo comprobat: Namque, inquit, hæc
 tua, quæ te hominem clementem, popularemq. delectant: I,
 ctor, colliga manus. quæ non modo huius libertatis, mansue-
 tudinisq. non sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numæ Pom-
 pilij; sed Tarquinij superbissimi atque crudelissimi Regis ista
 sunt cruciatus carmina, quæ tu homo lenis ac popularis li-
 bentissime commemoras, Caput obnubito, Infelici arbori su-
 spendito. Quæ verba, Quirites, iam pridem in hac Republica,
 non solum tenebris vetustatis, verum etiam luce libertatis op-
 pressa sunt.] Livijs lib. 26. Id ita esse ratus, ait, acceptas litte-
 ras, neque resolutas cum in gremio posuisset, præconi impera-
 uit, vt lictores lege agere iuberet.] & paulo post pronunciaſſe
 refert: Lictor viro forti adde virgas, & in eum primum lege age.]

Ad hæc quæ diximus, referri queunt, quæ de lictoribus nota-
 uit Aulus Gellius lib. 12. cap. 3. Insuper alia etiam erant licto-
 rum munera; ad ipsos etenim non solum spectabat vincire reos,
 cædere, atque securi percutere, sed etiam suspendere; vnde erant
 illa verba: I, lictor, colliga manus, caput obnubito, arbori in-
 felici suspendito.] Præter hæc ad eosdē quoque pertinebat po-
 pulum submouere; loquentibusq. diutius, quam oporteret, si-
 lentium aliquando imponere; & tandem, vel reos suffocare, vt
 Plutarchus in Ciceronis vita ostendit, ita de Lentulo loquens:
 Primum a Palatio Consul Lentulum sumit, eumq. per viam Sa-
 cram mediumq. forum adducit. Forum egressus Consul, cum
 ad carcerem ventum esset, tradit lictori Lentulum, eumq. fran-
 gulari iussit.] hætenus ille. Lictorum etiã partes erant, domos
 (vt 2. tom. Annal. Ecclesiasticorum legitur) in iudicium vo-
 candorum adire, foresq. earum virga percutere. confirmant
 hæc eruditissimi viri Briffonius lib. 2. de formulis, & lib. 8. &
 Sigonius de antiquo iure ciuium Romanorum 2. cap. 15. & lib. 2.
 de antiquo iure prouinc. c. 5. Ac de lictoribus hætenus.

De qui-

*De quibusdam alijs modorum generibus, quibus martyres
a Gentibus percussis solebant.*

Alapis nonnumquam, colaphis, pugnis, ac calcibus cædebantur sancti Christi martyres; lapidibus insuper vel eorum ora contundebantur, maxillæq. confringebantur, vel iisdem obruebantur, & sic interibant. Pugnis, alapis, & calcibus percussis fuerunt gloriosissimi fidei nostræ præcones, Torpes, Marcellinus presbyter, Epipodius, Aquilina, Tatiana, Soteris, Felicitas, Pseusippus, Eleusippus, Meleusippus, Symphorosa, & Pothenus, alias Pothinus Episcopus, de quo ab Eusebio histor. 5. cap. 1. hæc verba narrantur: B. item Pothenus, cui Lugdunensis Episcopatus ministerium erat concreditum, cum nonagesimum suæ ætatis annum præterisset, & corporis imbecillitate ita languesceret, vt vix posset propter virium infirmitatem, qua distinebatur, libere spirare; Spiritus tamen alacritate propter ardentem, qua flagrabat, martyrij cupiditatem, plurimum recreatus, ad tribunal gestabatur; & tametsi corpus eius iam præ decrepita ætate, & cruciatu morbi pene exhaustum esset, anima tamen in ipso seruabatur integra, vt per eam Christus gloriose triumpharet. Qui quidem ad tribunal, magistratibus ciuitatis eum comitantibus, & vniuersa multitudine varias cuiusque modi vociferationes contra illum, vt pote Christianum, edente, a militibus deductus, præclarum fidei testimonium perhibuit. Cum enim a Præsidente rogaretur, quis esset Christianorum Deus? respondit: Si tu ea re dignus sis, cognosces. Inde igitur aspere & immisericorditer raptatus, varias plagas excepit, cum ab his, qui stabant in proximo, qui nihil eius ætatem reuerentes, manibus pedibusq. in illum contumeliose insultabant; tum ab illis, qui longius erant remoti, qui, quod singuli habebant in manibus, illud in illum coniecerunt: idq. propterea, quod omnes permagnæ culpæ & impietatis loco ducebant, si quisque petulanter illum insectari vlla ex parte omitteret: nam deorum suorum causam ita se vindicatos arbitrabantur. Ille vix iam spiritum ducens, in carcerem coniectus fuit: ac biduo post efflauit animam.] hæc Eusebius de Pothino.

Acta Torpetis & Marcellini Petrus lib. 5. Soteris nos in histor. nostra SS. Virg. Rom. Aquilinae Sur. 3. Tatiane nos in loco eod. Felicitatis Surius 3. Epipodij Petrus 4. cap. 80. Eleusippi & Symphorose Petrus lib. 2. cap. 93. Symphorose Mōbrit. tom. 2.

Pothino. Simili etiam mortis genere decessit e vita Fabius martyr, de quo Surius scribit tom. 3. Acta S. Antimi presbyteri referens.

De colaphis, alapis, & palmis.

*Colaphus, alapa,
& palmae an sint
synonyma.*

Creduntur tria hæc vocabula a quibusdam synonyma: colaphus etenim Græce, alapa Latine dicitur. atqui id non semper verum esse, certa, apertaque testimonia docent. Matth. cap. 26. Tunc expuerunt in faciem eius, & colaphis eum cæciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt.] Marc. 14. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cædere, & ministri alapis eum cædebant.] Ioan. 18. Unus assistens ministrorum dedit alapam Iesu.] Iuuenecus presbyter lib. 4.

*Tunc sanctam Christi faciem sputa improba complent,
Et palmæ in malis, colaphiq. in vertice crebri
Insultant.]*

Sedulius lib. 5.

*Sacrilegas mouisse manus non denique passim,
Vel colaphis pulsare caput, vel cadere palmis,
Aut spuerere in faciem plebs execranda quieuit.
Ille tamen patiens subiecto corpore totum
Sustinuit, nostræq. dedit sua membra saluti.*

*Namque per hos colaphos caput est sanabile nostrum:
Hæc sputa per Dominum nostram lauere figuram:
His alapis nobis libertas maxima plaussit.]*

Martialis lib. 5. epigr. 62.

O quam dignus eras alapis, Mariane, Latini.]

*Alapa in quo dif-
ferat a colapho.*

Ex his apertissime apparet, ut alapa pro percussione, quæ palma, hoc est, manu dilatata, infligitur, sic colaphum pro pugno accipi. Confirmat hoc idem Terentius, qui Adelph. act. 4. scen. 1. cum dixisset: Ne mora sit, quin pugnus continuo in mala hæreat] non multo post adiecit: Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.] & scen. 11. Omnes dentes labefecit mihi. Præterea colaphis tuber est totum caput.]

Pugnus & palma quid sint, optime explicat Cicero lib. qui Orator

Orator inscribitur: Zeno, ait, cum digitos cōpresserat, pugnumq. fecerat, Dialecticam dicebat eiusmodi; cum diduxerat, & manum dilatauerat, palmæ illius similem eloquentiã esse dicebat.] & lib. 2. de finib. Rhetoricam palmæ, Dialecticam vero pugno similem esse affirmabat, quod latius loquerentur Rhetores, Dialectici autem compressius.] Pugnus igitur, siue colaphus compressa manu, alapa dilatata incutitur.

Iam vero si alia cupis scire de hoc pœnæ atque ignominiaẽ genere, quo femina potissimum pro Christiana fide afficiebantur, lege Gellium lib. 20. cap. 1.

De martyribus, quorum vel facies lapidibus cæsa fuerunt, vel ora contusa, vel demum maxilla confracta.

Christiani, qui prænotato martyrij genere affecti fuere, sunt hi, Papias, Maurus, Theodosia, Felix presbyter, Apollinaris Episcopus, Gracilianus, Felicissima virgo, Hippolytus, Polycronius, & milites quadraginta, de quibus Rom. in Martyrologio 7. Id Martij hæc referuntur:

Apud Sebasten Armeniæ natalis sanctorum quadraginta militum Cappadocum, qui tempore Licinij Imperatoris sub Præsidente Agricola post vincula, & carceres teterrimos, post cæsas lapidibus facies, in rigentem stagnum missi sunt, vbi gelu constrieta eorum corpora disrumpebantur, ac demum crurifragio martyrium consummarunt. Erant autem inter eos nobiliores Cyrius, & Candidus: quorum omnium præclaras glorias S. Basilii alijq. Patres scriptis suis celebrarunt.] hucusque Martyrologium Romanum.

Scribit Polybius, supplicia militaria recensens, milites antiquis temporibus non fustibus solum cæsos fuisse, sed etiam lapidibus contusos: de ceteris autem eorundem pœnis notauimus iam supra, dum de fustibus pereginus.

De martyribus, qui lapidibus obruti, vitam cum morte commutarunt.

Lapidibus appetiti fuere clarissimi viri Stephanus, Demetrius,
ac so-

Pugni & palma quid sint.

Acta SS. Papiæ & Mauri nos in hist. nostra SS. Virg. Rom. Theodosiæ Sur. 3. ex Met. sub S. Procopij nomine. Felicis Sur. 4. Apollinaris idem lib. eod. Graciliani, & Felicissimæ Martyrol. Rom. prid. Id. Augusti. Hippolyti Sur. 4. Polycronij ibid. sub S. Laurentij titulo & a Rom. Martyrolog. 13. Kal. Martij. De alia pœna militum Christianorum.

Stephani Acta
lib. Act. Apost.
cap. 7.

Demetrii Men.
VII. Id. Augusti.
Cyriaci & Pau-
lae virg. Petrus
lib. 5. cap. 125.
Traquillini Sur.

tom. 1. sub sancti
Sebastiani tit.
Sisinnij, Diocletij,
& Florentij Sur.

tom. 3. sub B.
Antimi presby-
teri inscriptione.

Emerentiane
nos in hist. no-
stra SS. Virg.
Rom.

Mamelte Men.
III. Non. Octob.

ac socij, Cyriacus, Tranquillinus, Sifinnius, Diocletius, Florentius, præter hos gloriosissima Emerentiana, & Paula virgines, atque Mamelta.

*De ingentibus saxis, quibus Christiani opprimebantur
& excruciantur.*

Lapidibus etiam magnis Christi Domini nostri serui alijs modis excruciantur: legimus enim nonnumquam eos ingentibus saxis oppressos fuisse. in Actis quippe B. Theopompi martyris a Petro relatis catalog. 5. cap. 33. hæc leguntur:

Eductus hic sanctus vir e carcere, & in terram supinus extensus, atque ad stipites ligatus, lapis magnus vix ab octo viris portatus, ventri eius superponitur: sed eleuatus lapis a se ipso diuina virtute, &c.] Et in Actis S. Victoris martyris ab eodem auctore lib. 6. cap. 122. hæc litteris consignata comperiuntur: Post triduum eductus e carcere, statuam Iouis sibi oblatam, vt ei thura incenderet, pede euertit: cui pes ille statim præscinditur, deinde molæ molendini suppositus crudeliter conteritur; verum post paululum machina ipsa diuinitus dissipata, dum adhuc martyr Domini aliquantulum palpitaret] & quæ sequuntur. Et in rebus gestis sanctissimi viri Artemij martyris a Metaphr. descriptis Suriij tom. 5. in quibus huiusmodi verba narrantur: Hæc cum audisset Iulianus, & esset animus eius repletus ira; accersit lapidas, & dixit eis: Videtis hanc petram? (ostendens quamdam præruptam ex aduerso theatri) eam in duas partes diuidite: & cum alteram partem supinam in terris deieceritis, desuper eam maleficum hunc extendite, alteraq. parte cum impetu ipsum cooperite; vt is medius interceptus, simul carnes habeat & ossa corrupta; & factis ipsis discat, cuinam resistat, & an Dei sui fruatur auxilio. Eo autem facto dicto citius, & sancto in medijs petris intercepto, tanta erat vis, quæ eum premebat, vt cū eius ossa confringerentur, quidam sonus & fragor a multis exaudiretur. Disrupta enim sunt omnia, quæ erant intra ipsum, & contritæ sunt omnes compages eius ossium, & oculi excefferunt e sede propria. sed quamuis esset ad hanc adductus necessitatem,

tem, non neglexit tamen ad Deum canere : psallebat enim in petra, dicens : Exaltasti me, & deduxisti me, quoniam factus es spes mea, turris virtutis a facie inimici : statuisti supra petram pedes meos, & direxisti gressus meos. Accipe ergo, Fili Dei unigenite, spiritum meum, & ne concludas me in manus inimicorum. Sic ergo cum in medio petrarum totum diem & noctem mansisset martyr ; iussit sceleratus Iulianus disjungi petras, eum penitus interiisse, & nullam spiritus partem esse ei relictam præ illo nimio onere arbitrans. Ille autem amotus a petris, egressus est, incedens, & suis utens pedibus, re vera miraculum maxime admirandum. Homo nudus, cui egressi quidem erant oculi, ossa contrita, membra & carnes petrarum complicatione compressa, eius autem intestina omnia misere effluerant, is (o novum & alienum spectaculum !) ambulabat, & diserebat, & loquebatur aduersus Tyrannum. Vnde is quoque stupore afficiebatur, &c.] hucusque Acta. De martyribus insuper saxi magni ponderis vita priuatis scribit Metaphr. in rebus gestis S. Iosephi apud Surium tom. 2. his verbis : Cum autem sanctum paulo longius dimouissent, & manus pone vinxissent, fossam ei fodiunt, & eum ad lumbos vsque demissum infodiunt. Deinde comprehensos circumstant Christianos ; & pulsantes iubent eos virum inclytum appetere lapidibus. Cum quibus sacrosanctam quoque Isdandul, vt similia faceret vrgentibus, dixit illa : Nihil vquam a sæculo tale auditum fuit, vt cogatur femina extendere manum aduersus viros sanctos, quomodo vos nunc facitis : qui aduersus inimicos quidem non decertatis, in nos autem arma tollitis ; & patriam, quæ degit in pace, sanguine & cæde impletis. Illi vero obelisco longæ arundini alligato, eo sanctum pungere imperabant. Illa autem : Absit, inquit, vt ego id faciam ; nam ego id prius cordi meo libenter affixero, quam per ipsum sanctum corpus vel minime attingam. Sic illa quidē virilem ostendens constantiam, conspecta est potentior, quam cogitarant parricidæ. Sanctum autem tam crebris lapidum niuibus obruerunt, vt cerneretur solum caput, reliquo corpore lapidum congerie obruto. Quod quidem caput cum quidam ex impijs vidisset


S. Isdandul.

*Stimulis etiam
afflictabantur
sancti martyres.
Vide quæ cap. 9.
sunt a nobis nota.*

Q set

set adhuc moueri, iubet vni ex licitoribus, vt accepto lapide,
quantum poterat manus capere, in id desuper immitteret. Quod
quidem cum factum esset, & pondere lapidis caput esset contri-
tum, beatus Christo tradit pretiosam animam.] hucusque

Acta. Iam vero reliquum est, vt postquam sanctorum
martyrum cruciatus, de quibus hoc quarto ca-
pite egimus, formis expresserimus, quin-
tum caput feliciter ag-
grediamur.



Modi sunt hi, quibus sancti martyres loris, vel flagris, aut consimilibus cedebantur.

- A* Vnum horum indicat,
B Alterum,
C Tertium,

22



... und ...

...
 ...
 ...
 ...

10




Duo alij itidem modi, quibus pariter SS. martyres cædebantur.

A Primum ostendit atque demonstrat,

B Alterum: qui modus, in sanctorum martyrum rebus gestis, his verbis exprimitur, Cathomo cædatur. Vide quæ superius de cathomo scripsimus.



Das ist die heilige Nacht, da unser Herr Jesus Christus
 für uns gestorben ist, und die Welt erlöst hat.
 In dieser Nacht hat er sich für uns geopfert.
 Darum feiern wir diese Nacht mit großer Freude.
 Denn wir wissen, dass er für uns gestorben ist.
 Und wir danken ihm für seine Güte und Barmherzigkeit.
 Amen.



- A* Martyres aliquando hoc modo lapidibus premebantur:
B Pugnis, alapis, calcibus, alijsve modis percutiebantur:
C Lapidibus item quandoque obruebantur.



A. Martyr aliquando hoc modo lapidatus percutusque
 B. Tunc, al. hic, colitur, eius modis percutusque
 C. Lapidibus non tantopere cruciatus.